

## MARCH 19, ST. CYRIL OF JERUSALEM, DOCTOR OF THE CHURCH

[Errors? help@extraordinaryform.org](#)

St. Cyril, Patriarch (or Archbishop) of Jerusalem, was proclaimed a Doctor of the Church by Pope Leo XIII. His instructions in Christian doctrine, solid, simple, and profound, show the teachings of the Church in his day to be the same as they are today. He died in 386, after a troubled episcopate of thirty-five years.

### INTROIT Ecclesiasticus 15: 5

In médio Ecclésiæ aperuit os ejus: et implévit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ induit eum. (Ps. 91: 2) Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo, Altíssime. Glória Patri et Filio et Spírítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. In médio Ecclésiæ aperuit os ejus: et implévit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ induit eum.

### COLLECT

Da nobis, quæsumus, omnípotens Deus, beáto Cyrílló Pontífice intercedénte: te solum verum Deum, et quem misísti Jesum Christum ita cognóscere; ut inter oves, quæ vocem ejus áudiunt, perpétuo connumerári mereámur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### Lenten Feria: Friday, 2<sup>nd</sup> week

Da, quæsumus, omnípotens Deus: ut, sacro nos purificánte jejúnio, sincéris mentibus ad sancta ventúra fácias perveníre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### LESSON Ecclesiasticus 39: 6-14

Justus cor suum tradet ad vigilándum dilúculo ad Dóminun, qui fecit illum, et in conspéctu Altíssimi deprecábitur. Apériet os suum in oratióne, et pro delictis suis deprecábitur. Si enim Dóminus magnus volúerit, spírítu intelligéntiæ replébit illum: et ipse tamquam imbres mittet elóquia sapiéntiæ suæ, et in oratióne confitébitur Dómino: et ipse díriget consílium ejus et disciplínam, et in absconditis suis consiliábitur. Ipse palam faciet disciplínam doctrinæ suæ, et in lege testaménti Dómini gloriábitur. Collaudábunt multi sapiéntiam ejus, et usque in sæculum non delébitur. Non recédet memória ejus, et nomen ejus requirétur a generatióne in generatióne. Sapiéntiam ejus enarrábunt gentes, et laudem ejus enuntiábit Ecclésia.

### GRADUAL Psalms 36: 30, 31

Os justí meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur júdicium. Lex Dei ejus in corde ipsíus: et non supplantábuntur gressus ejus.

### TRACT Psalms 111: 1-3

Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit Dóminus. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectórum benedicétur. Glória et divítiæ in domo ejus: et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

### GOSPEL Matthew 10: 23-28

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Cum persecúntur vos in civitate ista, fúgite in áliam. Amen dico vobis, non consummábitis civitates Israél, donec véniat Fílius hóminis. Non est discíplus super magístrum, nec servus super dóminum suum. Súfficit discípulo, ut sit sicut magíster ejus: et servo, sicut dóminus ejus. Si patremfílias Beélzebul vocáverunt: quanto magis domésticos ejus? Ne ergo timuérítis eos. Nihil enim est opértum, quod non sciébitur: et occúltum, quod non revelétur. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine: et, quod in aure audítis, prædicáte super tecta. Et nolíte timére eos, qui occidunt corpus, ánimam autem non possunt occidere: sed pótius timéte eum, qui potest et ánimam et corpus pèrdere in gehénnam.

### OFFERTORY Psalms 91: 13

Justus ut palma florébit: sicut cedrus, quæ in Líbano est, multiplicábitur.

### SECRET

Réspice, Dómine, immaculátam hóstiam, quam tibi offérimus: et præsta; ut, méritis beáti Pontíficis et Confessóris tui Cyrílli, eam mundo corde suscipere studeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### Lenten Feria: Friday, 2<sup>nd</sup> week

Hæc in nobis sacrificia, Deus, et actióne permáneant, et operatióne firméntur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### PREFACE OF LENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cóprimis, mentem élevas, virtútem largiris et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórumque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

### COMMUNION Luke 12: 42

Fidélis servus et prudens, quem constitúit dóminus super familiam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram.

### POSTCOMMUNION

Sacraménta Córporis et Sánguinis tui, quæ súmpsimus, Dómine Jesu Christe: beáti Cyrílli Pontíficis præcibus, mentes et corda nostra sanctíficent; ut divínæ consórtes natúræ éffici mereámur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### Lenten Feria: Friday, 2<sup>nd</sup> week

Fac nos, quæsumus, Dómine: accépto pignore salutis ætérnæ, sic téndere congruénter; ut ad eam perveníre póssimus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. He clothed him with a robe of glory. (Ps. 91: 2) It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. He clothed him with a robe of glory.

Grant us, we beseech Thee, O almighty God, through the intercession of the blessed Bishop Cyril, so to know Thee, the only true God, and Jesus Christ, Whom Thou hast sent, that we may deserve to be numbered forever among the sheep that hear His voice. Through the same Jesus Christ, Thy Son, Our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that cleansed with the sacred fast: that with sincere hearts reach the coming feast. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The just man will give his heart to resort early to the Lord that made him, and he will pray in the sight of the Most High. He will open his mouth in prayer, and will make supplication for his sins. For if it shall please the great Lord, He will fill him with the spirit of understanding: and he will pour forth the words of His wisdom as showers, and in his prayer he will confess to the Lord. And He shall direct his counsel, and his knowledge, and in His secrets shall he meditate. He shall show forth the discipline he hath learned, and shall glory in the law of the covenant of the Lord. Many shall praise his wisdom, and it shall never be forgotten. The memory of him shall not pass away, and his name shall be in request from generation to generation. Nations shall declare his wisdom, and the Church shall show forth his praise.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment. The law of his God is in his heart: and his steps shall not be supplanted.

Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. His seed shall be mighty upon earth: the generation of the righteous shall be blessed. Glory and wealth shall be in his house: and his justice remaineth forever and ever.

At that time, Jesus said to His disciples: When they shall persecute you in this city, flee to another. Amen, I say to you, you shall not finish all the cities of Israel till the Son of man come. The disciple is not above the master, nor the servant above his lord. It is enough for the disciple that he be as his master, and the servant as his lord. If they have called the good man of the house Beelzebul, how much more them of his household? Therefore fear them not; for nothing is covered that shall not be revealed; nor hid that shall not be known. That which I tell you in the dark, speak ye in the light; and that which you hear in the ear, preach ye upon the housetops. And fear ye not them that kill the body, and are not able to kill the soul; but rather fear Him that can cast both soul and body into hell.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up, like the cedar of Libanus.

Look down with favor, O Lord, upon the immaculate victim which we offer to Thee, and grant that, by the merits of the blessed bishop and confessor, Cyril, we may earnestly endeavor to receive it with a pure heart. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O God, may these sacrifices both remain in action in us and strengthen by their operation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

The faithful and wise servant, whom his lord setteth over his family: to give them their measure of wheat in due season.

May the sacrament of Thy body and blood; O Lord Jesus Christ, which we have received, by the prayers of the blessed Bishop Cyril, sanctify our minds and heart, that we may deserve to become partakers of the divine nature: Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Make us, we beseech Thee, O Lord, who have received the pledge of eternal salvation, so to strive that we may be able to attain it. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.